52811
kat.komp
BIBLIOTHECA UNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS
I Mag. St. Dr. P

Słowakowicz Stanisł. Eclipsigraphia.

Crac. in off. typ. Balth. Smieszkowicz

1668

Broszura

ECLIPSIGRAPHIA
SEV
LUMINARIA MAGNA

Anno Domini 1668. Bissextili,
Mensibus, Diebus, Horis, Minutis &c. vt infra,
Quaternis quidem vicibus,
In Deliquio ad puncta Ecliptica
Calculo Astronomico
AD PRÆCEPTA LANSBERGIANA REDVCTO,

Per

M. STANISLAVM SŁOWAKOWICZ
Philosoph: Doctorem, Collegam Minorem, & Ordinarium
Astrologiæ in Academia Cracov: Professorem,

DEPREHENSA;

sed tantùm pro tribus, in Meridiano Cracouiensi
conspicuis fideliter
EXAMINATA.

BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS
Bz. 1. 9

CRACOVIÆ,
In Officina Typographica BALTHASARIS SMIESZKOWIC, S.R.M. Typ.

IN STEMMA GENTILITIVM
VETVSTISSIMÆ DOMVS
WISEMBERSCIANÆ.



52811 I

Sint in amore aliis enses, fortesq; secures;
Tersaq; scuta virûm, sint meliora aliis:
Sint aliis clypei, & metuenda hastilia ferro,
Sint alia arma aliis, quæ fera bella mouent:
WISEMBERSCIADVM est Rupes, cui astra vicina
Adsunt, & geminum fronte decora animal.
Hinc pietas, hinc prisca fides, & candor Honesti
Surgit vbiq; solo, porrigiturq; polo,

MAGNIFICO AC GENEROSO DOMINO

D. ANDREÆ WISEMBERG

HÆREDI IN CZECHOWICE, CZAIOWICE, BEstwinia, Komorowice, & Máslomiąca.

S.R.M. CUBICULARIO.

Domino & Fautori suo Amplissimo, vtramque fælicitatem Author.

NItida illa, quam ad salutem humani generis congenito splendore coruscam, & læto veluti renidentem cernimus ore, magnorum Luminarium Cæli facies, ternis visibiliter (vt calculo Astronomico Orbi Sarmatico monstraui) vicibus, itura est in periculum sui luminis Magnifice ac Generose Domine. Cum autem præuisa, vt dicitur, minus feriant iacula, idcircò, quatenus horrido isto, sibi, nobisq́ metuendo tenebrarum minus funestetur squalore, non alibi quàm apud Te, nitorem suæ obscuritati mutuari proposuit. Adscititius quidem ille futurus est, quia tamen solisequis nunquàm destitutus splendoribus, fucus iste, vt bene confido, non erit in fabula. Omen, & augurium conceptæ a me securitatis non aliud est, quàm Genus Tuum illustre, quod longâ annorum serie, in hæc vsq́ deductum tempora, nitidissimis heroicarum Virtutum in Sarmatico polo, micat radijs. Et licet ego maiorem lucis accessionem periclitantibus hisce Luminaribus non optarem, quàm sit illa, quæ è BARBARA LANGA, Mentium æternarum ob sanctitatem & innocentiam vitæ suæ, consorte, Tuæq́ Domus inclytæ, vnico ornamento, per late patentes Orbis Sarmatici tractus diffunditur; eam tamen Magnifici Antecessores Tui, fulgori WISEMBERSCIANO dilatando destinati, non leui augent incremento. Quoties enim prisca, recentiaq́ laudatissimæ propaginis Tuæ decora considero, quoties Clarissimos illos Belli Pacisq́ artibus optimè instructos Heroas, Bartholomæum & Nicolaum WISEMBERSCIOS tacitâ mente reuoluo, bis etiam, non exiguam luminis cælestis portionem hæsisse animaduerto, quorum alter publicum primò SUBIUDICIS TERRÆ VIELUNENSIS munus, mox deinde honorificum IUDICIS Castrensis Officium

circa

circa Annum Domini 1462. gloriosè sustinendo; alter verò in Ducatu Glogouiensi, plurima virtutis Polonæ experimenta faciendo, non sanguinis tantùm sed Animi quoq; & Corporis, eximijs dotibus, Solis ad instar claruerunt. Suspeximus, imò etiã non conniuentibus oculis vidimus, hunc ipsum lucis splendorem in Ioanne Auo, & Progenitore Tuo, Aulicis & Secretarijs S.R.M. Burgrabijs Cracouiensibus, Viris de Ecclesia & Rep. sine controuersia meritissimis, qui suis præclare factis in tantùm profecerunt, vt Principum potentissimorum mentes FERDINANDI II. SIGISMVNDI III. VLADISLAI IV. IOANNIS CASIMIRI IV Domini nostri Clementissimi, in sui amorem traxisse meruerint. In Te verò Magnifice Domine illud miramur vehementer, dum ad augendam hanc Maiorum Tuorum claritudinem, virtutis quàm ætátis celeriori properas cursu. Notauit hos Tuos, ad præclara quæq; festinos generosi pectoris motus, florentissima Academia Crac in qua, ante annos quinque, ingenium Tuum elegans, & ad honestissima studia apprime factum, omnium fere artium cognitione excoluisti. Notauerunt immensa quatuor Annorum interuallo à Te emensa terrarũ spatia, in quib' floridã Tuam Iuuentutem, non inertem, non otiosam, non (vt plerisq; accidere solet) ineptientem, non lasciuiẽtem, non voluptatibus diffluentem, sed varijs linguis acquirendis immoratam, inter studia equitandi, armã igniuoma tractãdi, vexillum, hastam, lanceam regendi, mores Gentium, & ingenia locorũ, Regionumq; situs indagandi, raro tàm accuratæ peregrinationis exemplo, exercuisti. GERMANIAM, ITALIAM, BELGIVM, GALLIAM, non adijsti tantùm sed vrbes etiam quasuis præcipuas, Prouincias, diuersos populi ritus, atq; instituta, varia Rerump. genera, non alterius (vt plurimi facere consueuerunt) fide; sed Tuo proprio oculo lustrasti, connotasti: dicam verius, nihil inexploratum, nihil reconditum, ex ordinatione Illustrissimi olim, & ad omne peregrinationis Tuæ punctum intẽti, nexu sanguinis Tibi coniũcti, MICHAELIS à ZEBRZYDOWICE ZEBRZYDOWSKI Palatini Cracouiensis, reliquisti. Notauit ad extremum celeres Tuos ad conquirenda eximia decora recessus, ipsemet fidelis obseruator Regis prudentissimi IOANNIS CASIMIRI Domini nostri Clementissimi Oculus, ac proinde, postquàm iam ita ad solidæ virtutis, atq; adeò ad boni Patriæ Ciuis normam, compositus redieris, Te lateri suo adhærere, suorumq; Cubicu- lariorum numero inserere voluit. Quæ quidem tot tantaq; virtutis Tuæ specimina, dum meus quoq; in Te veneratur affectus, euntia hæc ad puncta Ecliptica Luminaria, non alio, quàm Tuo multis virtutibus decoro, Stemmate Gentilitio, illustrare curauit; hæc secum inferens vota & desideria, quatenus plurimos extendens - amplioribus virtutũ incrementũ annos, viuas felix, Ecclesiæ, Regno, Reiq; publicæ felicissimus crescas. Augurem hanc, & precariam futuræ felicitatis Tuæ in opella Tibi exhibita, dùm exaudis vocem, eam pro Tua innata humanitate, inanem aures Tuas præterire non sines spero, & rogo.

Dat. è Coll: Min. die 1. Jan: A.D. 1668.

PLENILVNIVM ECLIPTICVM

QVod futurum est Anno Domini 1668. Bissextili, Die 26 Maij, Stylo nouo: Et veteri, die 16. Maij. Horâ Astronomicâ 15. 30. 32. tempore æquali.

A Principio Annorum Christi ad hoc Plenilunium, sunt Anni pleni 1667. Menses 4. Dies 14 Horæ 15. 30. 32. Hoc est Sexagenæ 2. 49. 10. Dies 6. Scrupula dierum 38. 46. Quibus debentur isti motus.

ÆQVINOCTIORVM	Sexag.	grad.	'	''	'''
Anomalia Æquinoctiorum	0.	4.	31.	17.	
Prosthaphæresis Æquinoct. add.			6.	38.	
SOLIS	Sexag.	grad.	'	''	
Medius ab Æquinoctio medio	1.	4.	10.	36.	
Anomalia Centri	3.	20.	13.	16.	
Prosthaphæresis centri add.		2.	2	,19.	36.
Scrupula proportionalia 2.					
Apogæi medius	1.	36.	26.	51.	
Apogæi medius æquatus	1.	38.	29.	10.	36.
Anomalia solis æquata	5.	25.	41	25.	
Prosthaphæresis orbis add.		1.	6.	5.	
Medius ab Æquinoctio uero	1.	4.	17.	14.	
Ergo sol erit in gradu		5.	23.	19.	♊
Ascensio recta 63. 27.					
LVNÆ	Sexag.	grad.	'	''.	
Medius Lunæ à sole	3.	3.	1.	44.	
Anomalia centri	0.	6.	3.	28.	
Prosthaphæresis centri add.	0	0	49.	28.	
Scrupula proportionalia 0					

	Sexag.	grad.	'	''	'''
Anomalia media	2.	38.	0	52.	
Anomalia æquata.	2.	38.	50.	20.	
Prostaphæresis orbis Lunæ auferen.		1.	55.	40.	
Medius ab Æquinoctio uero	4.	7.	18	58.	
Ergo luna erit in gradu		5.	23.	18.	♓
Medius motus latitudinis	1.	38.	53.	12.	
Verus motus latitudinis	1.	36.	57.	32.	
Ergo latitudo lunæ Austr. Desc.			36.	17.	
Semidiameter Lunæ			17.	42.	
Semidiameter vmbræ correcta			45.	57.	
Summa Semidiametrorum			63.	39.	
Scrupula deficientia			27.	22.	
Ergo digiti Ecliptici 9. 17. 26.					
Incidentiæ scrupula			53.	17.	
Motus Lunæ horarius			33.	58.	

Ergo Tempus Incidentiæ
Horæ 1. 34. atq; adeo tota
Duratio Hor. 3. 8.


Additis ob inæqualitatem dierum scrupulis 11. Et ob differentiam Meridianorum inter Goesam & Crac. Hor. 1. 22. fiet Initium Crac. Horâ Astron. 15. 29. 32. Medium Hor. 17. 3. 32. Finis Hor. 18. 37. 32.

Latitudo Lunæ ad initium Eclipsis M. D.	31.	21.
Ad finem autem. M. D.	41.	14.

TYPVS

TYPVS

Posterioris Eclipsis Lunæ



PLENIL

PLENILVNIVM ECLIPTICVM

QVod futurum est Anno Domini 1668. Die 18. Nouembris, stylo nouo. Et veteri, Die 8ua. Nouembris Horâ 3. 26. 21. tempore æquali.

A Principio Annorum CHRISTI ad hoc Plenilunium numerantur Anni Gregoriani pleni 1667. Menses Bissext. 10. Dies 7. Horæ 3. 26. 21 Hoc est, Sexagenæ 2. 49. 13. Dies 3. Scrupula dierum 8. 36. Quibus debentur hi motus.

ÆQVINOCTIORVM	Sexag.	grad	′	″
Anomalia Æquinoctiorum	0	4.	37.	24.
Prosthaphæresis Æquinoctiorum add.			6.	30.
SOLIS	Sexag	grad	′	″
Medius ab Æquinoctio medio	3.	58.	8.	26.
Anomalia centri	3.	20.	16.	45.
Prosthaphæresis centri add.		2.	2.	40.
Scrupula proportionalia 2.				
Apogæi medius	1.	36.	27.	23.
Apogæi medius æquatus	1.	38.	30.	3.
Anomalia solis coæquata	2.	19.	38.	23.
Prosthaphæresis orbis absoluta, auferen.		1.	20	17.
Medius solis ab æquinoctio vero	3.	58.	15.	4.
Ergo sol erit in gradu		26.	54.	39. ♐
Ascensio recta Temp. 234. 36.				
LVNÆ	Sexag.	grad	′	″
Medius Lunæ a sole	2.	54.	39.	44.
Anomalia centri	5.	49.	19.	28.
Prosthaphæresis centri auferen.		1.	26.	24.
Scrupula proportionalia 1.				
Anomalia media	5.	3	56.	55.

Anoma-

	Sexag.	grad.	'	''	'''
Anomalia uera	5.	2	30	31.	
Prosthaphæresis orbis add.		4.	0.	3.	
Medius ab Æquinoctio vero	0	52.	54.	40.	
Ergo Luna erit in gradu		26.	54.	43.	♉
Medius motus latitudinis lunæ	4.	33.	49	49.	
Verus motus latitudinis lunæ	4.	37.	49	51.	
Ergo latitudo lunæ Bor. Ascend.			40.	51.	
Semidiameter lunæ			15.	34.	
Semidiameter umbræ iusta			39	33.	
Summa semidiametrorum			55.	7.	

Scrupula deficientia 14. 16.

Ergo digiti Ecliptici 5. 29.

Incidentiæ scrupula 36. 42.

Motus lunæ Horarius 28. 31

Ergo Tempus incidentiæ. Hor. 1. 17. 3.

Adeoq; tota duratio Hor. 2. 34. 26.

Subtractis ob inæqualitatem dierum scrupulis 21. 24. à tempore Medio & additâ differentiâ Meridianorum Hor. 1. 22. fiet

Initium Cracouiæ Hor.	3.	9.	44.
Medium Horâ	4.	26.	57.
Finis	5.	44.	10.
Latitudo Lunæ ad initium Eclipsis Bor. Asc.		37.	23.
Ad finem Eclipsis Bor. Asc.		44.	16.


TYPVS

TYPVS

Poſterioris Eclipſis Lunæ

Septemtrio

Ortus



Occaſus

Meridies

NOVILV

NOVILVNIVM ECLIPTICVM.

Quod futurum est Anno Domini 1668. die 25. Octobris; Hora 1. 2. 10. Stylo Veteri: Et nouo die 4. Nouembris, Tempore æquali.

A Principio Annorum Christi, ad hoc Novilunium, sunt Anni Gregoriani pleni 1667; Menses Bissext: 9. Dies 24. Hor. 1. 20. 10. Hoc est, Sexagenæ 2. 49. 12. Dies 49. Scrupula dierum 2. 35. Quibu debentur hi motus.

ÆQVINOCTIORVM		Sexag:	grad:	′	″
Anomalia Æquinoctiorum		0.	4.	36.	54.
Prosthaphæresis Æquinoct: add:				6.	31.
SOLIS		Sexag:	grad:	′	″
Medius ab Æquinoctio medio		3.	44.	14.	33.
Anomalia Centri		3.	20.	16.	28.
Prosthaphæresis Centri add.			2.	2.	41.
Scrupula proportionalia	2.				
Apogæi medius		1.	36.	27.	22.
Apogæi medius æquatus		1.	38.	30.	3.
Anomalia orbis vera		2.	5.	44.	30.
Prosthaphæresis orbis auferenda			1.	39.	57.
Medius ab Æquinoctio vero		3.	42.	34.	36
Ergò Sol erit in gradu			12.	41.	7. ♏
Ascensio recta Temporis	220. 13,				
LVNÆ		Sexag:	grad:	′	″
Longitudo Lunæ à Sole		0	2.	46.	9.
Anomalia Centri		0.	5.	32	18.
Prosthaphæresis Centri addenda				44.	51.
Scrupula proportionalia	0				

Anoma-

	Sexag:	grad:	′	″
Anomalia media	1	59.	43.	43.
Anomalia orbis æquata	2.	0	28.	34.
Prosthaphæresis orbis auferenda		4.	26.	3.
Medius ab Æquinoctio vero	3.	42.	34.	39.
Ergò Luna erit in gradu		12.	41.	10. ♋
Medius motus latitudinis Lunæ	1.	27.	17.	33.
Verus motus latitudinis Lunæ	1.	22.	51.	30.

Additâ propter differentiam Meridianorum Horâ 1. 22. Et propter inæqualitatem dierum Naturalium scrupulis horæ 24. ad Tempus Medium; fiet vera Luminarium Synodus Cracouiæ Horâ post Merid: 2. 48. 10.

Datur tunc

Parallaxis longitudinis Lunæ à Sole		8.	56.
Motus horarius Lunæ à Sole verus		32.	5.
Motus horarius Lunæ visus		24.	53.
Sol erit in QuadranteOccidentali			
Ergò visa copula erit Cracouiæ Horâ	3.	9.	10
Post veram horæ scrupulis 21.			

Erit tunc

Parallaxis longitudinis lunæ à Sole	10.	42.
Parallaxis latitudinis lunæ á Sole	55.	44.
Latitudo Lunæ vera Bor. Desc.	36.	20,
Ergo latitudo lunæ visa á Sole A.	19.	24.
Semidiameter solis	17.	42.
Semidiameter lunæ	16.	58.
Summa Semidiametrorum	34.	40.
Scrupula deficientia	15.	16

Ergo digitti Ecliptici 5. 9′

Motus horari⁹ lunæ à sole visus inter 2 & 3 scr. 25 35

Ergò Tempus Jncidentiæ Horâ 1 m 7

Et initium Eclipsis Crac. H. 2. 2. 10

Motus horarius lunæ à sole visus inter 3. & 4. scrupulorum 24. 53.

Ergo

Ergo tempus Repletionis Horâ 1.m.9. Et Finis Eclipsis H. 4.16.

	Sexag.	Grad.	'	''
Verus latitudinis lunæ motus sub apparentem synodum	1.	23.	2.	12.
Verus latitudinis lunæ motus ad initium Eclipsis	1.	22.	30.	42.
Latitudo lunæ Bor. Desc. ad initiũ Ecl.			39.	3.
Verus latitudinis lunæ motus ad finem Eclipsis;	1.	23.	33.	47
Latitudo lunæ Bor. Desc. ad finem Eclipsis			33.	36
Ergo Visa latitudo lunæ ad initium Ecli. Bor. Desc.			16.	3.
Visa lunæ latitudo ad finem Eclipsis Bor. Desc.			21.	46.

TYPUS ECLIPSIS SOLIS

Septemtrio

Ortus



Occasus

Meridies

BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

XXIV.5.17.

Biblioteka Jagiellońska
stdr0023616